

1520. In Julio. 13. Ca. M. archi. Stan. Aug. Reg.

Sigismundus primus rex Polonia
Christophoro de Schidtowicz
castellano et capitaneo Cracoviensi
regni Polonia cancellario.

Spectabilis et magnifice sincere nobis
dilecte. Quomodo sint per nos absoluti
oratores isti, qui redeunt ad suos Prin-
cipes intelliget abunde vestra sinceritas,
ex aliis literis nostris. De negotio Ma-
sovitico nullo iudicio nobis declaratum
est ab eis, si quid ad illud pretendat
serenissimus rex Ferdinandus.

De nuntiis quoque si fuerunt, clau-
culum in Ducatu illo intelleximus, quod
si quid fuit diu latere non potest, et
sciemus forte qui fuerint tales ex sub-
ditis curie, quia audent talia absque
scientia et voluntate nostra, tractare
vel agere, earum vero que aliis a
nobis scribuntur, Reverendissimum Do-
minum episcopum Cracoviensem par-
ticipem faciat Sinceritas vestra, et feli-
citer valeat. Datum Vilnae in Die San-
ctae Margarethae Anno Domini M.D.XX,
VII.

